

22. Ianuis 1350.

Cum Magister Fontana Berengarii
 virtute certarum litterarum Regiarum
 per quas inter cetera eidem mandatum fuerat
 quatenus monetaarii de juramento francie
 in monte pessulano operantes contra eorum
 privilegia a predecessoribus nostris
 eidem concessa in quibus dicebam inter
 cetera contineri se ab omnibus talliis liberos
 et immunes, et eos non teneri, respondere
 eorum aliquo Iudice regni nostri nisi
 eorum magistris Generalibus monetarum

du vol. 3. case 5. fol. 312. R^o.

nostrarum pro quocumque casu exceptis tribus
casibus videlicet inuentio capti et latrocinio
dum taxat nullatenus preiudicet molestari
ipsum deputando guardiatorem specialem
eorundem iudicos universitatis (Catri sumidrii
ad certam diem coram ipso vocari fecisset)
pro eo quod ipsi quendam animum quem
Benedictus Gancelini ad serpentine
dicebat capi fecerant pro pignore cuiusdam
tallie sex librarum et decem octo
solidorum turonensium per eos imposita
super Joannem Gancelini tempore quo vivebat
et sine impositione cuius Joannina dictus
Benedictus hanc esse dicebatur, dictum
que et animum eidem Benedicto qui se
monetarium et ab huiusmodi tallia
exemptum assererat reddere recusaverant
super hoc debite requisiti et cum hoc
ipsum ratione predicta coram vicario
sumidrii in causam traxerant et plura
alia fecerant in dictorum privilegiorum

et litterarum Regiarum contemptum
 ac ipsius Benedicti præjudicium ut
 dicebat ipsi Benedicto dictam diem etiam
 assignando proinde hæc et alia in litteris
 ipsius Gardiatoris inde confectis plenius
 continentur, dicti que Syndici dicta die
 eorum Gardiatore prædicto proposuissent
 dictam Cailliam super dicto Joanne
 tempore quo vivebat fuisse impositam,
 bona que ipsius ad dictum Benedictum
 pervenirent, ac ipsam dictam Cailliam
 super dicto Joanne tempore quo vivebat
 et fuisse impositam eisdem solvere
 indebitè recusare, propter quod dictus
 Gardiator prædictus suas litteras injustè
 concenerat et in eorum magnum damnum
 et præjudicium ut dicebat, requirentes
 ipsas revocari ac penitus annullari,
 proposuissent etiam quod licet ipsius
 Benedictum pro sua bona propriis
 que quondam sui patris fuerant

Caillianem, et se contra hoc opponisset, -
lisque fuisse in Curia fundi interdicta
partes super hoc Contestata, nihilominus
dictus Gardiator ratione praemissorum
apud Montem pessulanum in causam
traxerat eorum ipso, qua propter requirebam
per eum scintilli ad Curiam fundi
praedictam, dictus quod Benedictus ad
finem quod praedictae requestae non
fuerunt praedictae Regiae ac ipsius
Gardiatoris litterae exhibuit, et
tandem dictus Gardiator respondendo
praedicta ordinasset ipsum Benedictum
debere solvere dictam summam. Indicit
antedictae, et quod dictus et ipse
Eidem Benedicto redderetur neutrum
ipsarum partium in expensis condemnando
remissionem que dictae Cause Caillia
Eidem Benedicto imposita ad
praedictam fundi Curiam non esse
faciendam ipsam eorum dictis

Magistris monetarum remittendo dictam
 que iudicis iubendo dictum Benedictum
 tailliarum seu aliter monetarum quousque
 per dictos magistris monetarum esset super
 hoc aliud ordinatum, a qua ordinatione
 fuerit per dictos iudices ad nos vel eos ad
 quos ejus modi cognitio pertinebat appellatum,
 dicta que appellativa causa fuerit, et res
 alia e Regia littera iudici Curiarum
 Senecallie Bellicadi seu ejus locum
 tenenti commissa audienda et sine debito
 terminanda, qui quidem locum tenens
 libello appellatorio per eorundem iudices tradito,
 dicta que processibus ac pluribus
 aliis hinc inde exhibitis et productis
 coram ipso dictam ordinationem infirmans,
 prosum Benedictum in viginti quinque
 libris Turonicis pro expensa coram
 ipso facta predictis iudicibus condemnando
 fuit ad dicta curie sententia per dictum
 Benedictum ad nostram Curiam appellatum

audita igitur in dicta Curia partium
praedictarum Procuratoribus, processum quem
super hoc facto de eorum consensu
ad iudicandum utrum bene vel male
fuerit appellatum admisso et viso
et diligenter examinato per iudicium
Curiae nostrae dictum facti dictum locum
tenentem in quantum infirmaverat dictam
ordinationem in eo quod dictus Cardinalis
neutram partium praedictarum
condemnaverat in expensis, et quod
dictam remissionem coram dictis
magistris monetarum et non ad furiam
fundarii nec non dictam inhibitionem
fecerat bene in ceteris vero male
iudicare, venient quaedam partes ad
dicta fenscallia nostra Bellicadria
nostrae futuri proximo Parlamenti
procedurae super contentis in requesta
eorum dicto Cardinale per eodem
iudicos facta ratione Taillic

eidem Benedicto pro sua bona proprietate
imposita, ut fuit ratione, die XXII^a.
Januarii. G. Fouca. Reportator.